



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

Cap. VII. Quibus Ecclesiis seu personis solvendæ sint Decimæ; & continet unicam Quæstionem. Quibúsnam Ecclesiis solvatur Decima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- 39 Decima dantur etiam pro sustentatione pauperum.
 40 Decima jure divino, & naturali non debentur ministris non indigentibus; & quid de aliis.

CAP. VII.

*Quibus ecclesiis, seu personis solvenda
 sint Decimæ.*

OMITTAM hic tractare, quando laicis debeantur decimæ ex privilegio vel præscriptione aliave de causa, quoniam de his fufe egimus, in c. 5. q. 3. & 5. solum agemus de locis, & personis ecclesiasticis, ac religiosis.

Præmitto tamen, † communem illam distinctionem; Ecclesia alia est Episcopalis, seu Cathedralis, alia Baptismalis, quam vulgus parochialem, & extra urbem plebaniam vocat, & matrix dici potest; alia proprie parochialis, quæ posita est intra fines ecclesiæ baptismalis, seu parochiæ, & oratorium seu capellam, vel succursum vocare possumus. Hac distinctio colligitur ex not. per gloss. & Doct. in c. cum contingat, de decim. c. pluribus, 10. q. 1. c. cū clerici, & c. venerabili, de verb. sig. rubr. & not. tit. de eccles. adif. & de immun. eccles. Tyndar. tractat. de decim. num. 71. & seqq. Rebus. eodem tractat. q. 6. num. 6. & seqq. Card. cons. 26. & aliis passim. Differt tamen quodammodo ecclesia † Episcopalis à cathedrali; potest enim sumi ecclesia, vel ut est sedes Episcopi, vel ut ecclesia majoris Capituli, ut patet ex not. per gloss. in clem. 1. verb. matricem, de sent. excom. sicut etiam differt mensa Episcopi à mensa Capituli, & Episcopus à Capitulo. Matrix quoque ecclesia, † licet proprie dicatur de ecclesia cathedrali, ut patet ex tex. d. c. venerabili, cum ibi not. per gloss. in verb. matricem, & c. ex transmissa, de præscript. & Rebus. d. q. 6. numer. 6. tamen dicitur etiam de ecclesia baptismali, ut not. & probat gl. d. clem. 1. verb. matricem, & in clem. un. in verb. deputati, de bapt. & ejus eff. Card. d. cons. 26. num. 4. ex

eo, quia in iis renascimur per baptismum, ut per d. gl. vel quia est quasi mater aliarum ecclesiarum & ædium, quas sub se continet, ut ait Rebuf. d. q. 6. n. 7. Paris d. l. ex transmissa, n. 1. & seqq. de præscript.

- 4 Baptismalis ecclesia † est, in qua insunt fontes baptismales, & parochiani baptizantur. gloss. 2. & Abb. in c. cum contingat, de decim. Non possunt autem esse in una parochia plures baptismales, sed una tantum cum capellis suis, c. plures, 10. q. 1. regulariter vero ecclesia baptismalis est quoque Curata, licet non necessario, nec semper, ut post Franc. in c. ad decimas, not. ult. de restit. spol. in 6. scripsit etiam Paris. in repet. c. ex transmissa, num. 4. de præscript. In hoc vero capite, ne terminos confundamus, & clarius loquamur, per cathedralem ecclesiam intelligemus ecclesiam, quatenus distincta est à mensa Episcopi; per baptismalem accipiemus Curatam, cujus Rector sacramenta administrat, & in qua debent de jure parochiani divina audire, c. ut dominicis, cum ibi not. de paroch. & al. par. per parochialem vero † illam, quæ intra fines baptismalis posita est, & capellam aliquando, vel oratorium vocabimus, per prædiale vero ecclesiam in hac materia decimale, omnes intelligunt eam, in cujus finibus est prædium, de quo decima solvenda est. His sic præmissis erit

- 6 PRIMA CONCLUSIO. Si ad sit aliqua † consuetudo, præscriptio, compositio in transferendis decimis de una in aliam ecclesiam, ea servanda est, ut in c. 5. q. 4. concl. 5. q. 5. conclus. 3. & q. 6. conclus. 1. late demonstravimus, & in hac specie notavit Tyndar. d. tract. de decim. nu. 68.

- 7 SECUNDA CONCLUSIO. Seculari consuetudine, præscriptione, vel cōpositione, † decimæ fructuum, qui nascuntur in parochia Episcopi; seu ecclesie cathedralis, Episcopo debentur; ita gloss. 1. in c. cum contingat, de decim. Tyndar. d. num. 68. Rebuf. d. tract. q. 7. num. 7. per c. dudum, secundum unum intell. de decim. idem not. Butr. & Abb. d. c. cum contingat, conclus. 2. & c. pervenit, de parochianos, & seq. eod. quod limita

ibi Rebus. nisi alius esset illius ecclesie Curatus. Addit
 gloss. d. c. cum contingat, tunc debere ¶ Episcopum fa- 8
 cere de illis decimis quatuor partes, per c. quatuor, c.
 vulterrana, & c. concesso, 12. q. 2. ut scil. una pars detur
 clericis, altera fabricæ, tertia pauperibus, quarta reti-
 neatur per Episcopum, sed melius illi tex. intelligun-
 tur, vel absolute & indistincte, ubi etiam aliqua ex cau-
 sis infra scriptis Episcopo debeantur decimæ, quomo-
 do etiam exponitur c. statuimus, cum duobus seqq. 16.
 q. 1. ubi distributio decimarum Episcopi arbitrio tri-
 buitur: vel ubi alias fabrica ecclesie ve ministri, & ani-
 marum rectores proprios redditus non habeant, unde
 commode reparari, manu teneri, & sustentari respecti-
 ve possint.

TERTIA CONCLUSIO. Debentur etiam decimæ
 Episcopo, ¶ ubi prædium non est in alicujus parochia 9
 situm; tex. in c. quoniam, ubi Abb. numero 2. & 4. gl. c.
 cum contingat, verb. jure communi, & c. dudum, de de-
 cim. Rebus. d. tract. q. 7. num. 8. Tyndar. d. tract. nu. 69.
 alia gl. in c. fin. de paroch. opt. etiam text. in c. decimas,
 16. q. 7. idem dicendum est, ¶ ubi parochiæ non sunt 10
 distinctæ, cum tunc tota diocesis sit parochia Episco-
 pi, c. omnes basilica, 16. q. 7. & hoc notavit in specie Abb.
 d. c. quoniam, num. 2. per c. parochianos, de sepul. & c. ad
 Apostolica, de donat. idem not. Tyndar. d. num. 69. secus
 vero esset, ¶ si locus esset intra duas parochias, sed 11
 ignoreretur sub qua sit; nam tunc non debentur Episco-
 po, sed inter eas dividuntur, ut voluit Abb. d. c. quo-
 niam, nu. 3. post Goffr. arg. c. 2. de sepul. in 6. de quo etiam
 nos aliquid diximus c. 4. quæst. 3. conclus. 1. ubi de nova-
 libus.

QUARTA CONCLUSIO. Ubi adsit ¶ consuetudo, 12
 quod decimæ ad Episcopum spectent, ea servanda est,
 gl. 2. d. c. dudum & c. cum contingat, de decim. Rebus. d. q.
 7. num. 10. & faciunt ea quæ supra c. 5. q. 4. concl. 5. ge-
 neratim de consuetudine adnotavimus, & paullo ante
 hoc eod. cap. concl. 1. admonuimus.

QUINTA CONCLUSIO. Quando decimæ do-
 natae

nata fuerunt ecclesie cathedrali vel alio modo ei de-
 13 bentur, † tunc Episcopus de jure communi in illis est
 fundatus; *ita Rebus. d. q. 7. nu. 13. sic intelligens d. c. du-*
dum, & tunc illæ decimæ inter fratres dividi debent
ut habetur in c. ult. de offic. custo. & not. Rebus. d. num.
13. fratres autem sunt canonici ecclesie cathedralis, ut
ex eo tex. juncta gloss. colligitur, & clarius habetur in a-
noviz. de his qua fi. à maj. par. Cap.

SEXTA CONCLUSIO. In sua canonica portione
 14 decimarum, hoc est, quarta, † Episcopus de jure com-
 muni fundatus est; *tex. est in c. cõquarante, de off. ord. &*
c. de quarta, de præscript. not. ibi gloss. Host. & Jo. An.
d. c. cum contingat, Abb. d. c. quoniam, num. 3. & per il-
lum textum Rebus. d. q. 7. num. 11. & q. 3. nu. 14. Sil-
verb. decima, nu. 14. Innoc. s. requisisti, de testam. Tynd-
dar. d. tract. num. 71. ubi etiam tam tex. in d. c. conque-
rente, quam in c. dudum, de decim. intelligit, ubi prædita
 illa sita sunt in ecclesia baptismali, quæ subiecta sit ca-
 thedrali, & contentio est inter baptismalem & Episco-
 pum, ut nimirum quarta tunc debeat Episcopo, re-
 liquum vero ecclesie baptismali, *ut per Tyndar. ibid.*
 debetur autem hæc quarta Episcopo ratione con-
 junctionis, & universalis curæ, quam habet Episcopus
 in ecclesiis subiectis, *ut post Innoc. d. s. requisisti, not.*
Tyndar. d. tract. num. 71. Ecclesia vero cathedralis, seu
 15 *matrix ecclesia † nullum jus habet in ecclesiis seu ce-*
 pellis civitatis, *ut post gloss. & Innoc. in c. dilecto, de off.*
Archid. & c. constitutus, de relig. idem voluit Tyndar. d.
tract. n. 72. Poterit tamen huic decimæ 40. annis præ-
 scribi, *ut habetur in d. c. de quarta, & inter ceteros ad-*
 notavit *Abb. d. n. 3.*

SEPTIMA CONCLUSIO. Potest Episcopus no-
 16 mine cujuscumque ecclesie parochialis subiectæ † ad de-
 cimas agere, quando non est Curatus, qui agat; *ita Re-*
bus. d. q. 7. nu. 12. per c. ult. de success. ab intest. ubi tamen
 nihil ad rem.

OCTAVA CONCLUSIO. Si loquamur de ecclesia
 prædiali, in qua prædia sita sunt, tunc communis re-

gula est
 debent
 nales v
 Doct. i
 vina, &
 tuimus
 Tynda
 cum sin
 bo, deci
 l. 9. q. 4.
 Doct. p
 chialis
 vendæ
 vina, &
 ut habe
 late tra
 i. ubi et
 jorem a
 piat fac
 siis id fa
 mæ, ali
 in c. 2. i
 † in me
 cramen
 bentur
 in ea ec
 debean
 paria au
 stare, c
 cum pe
 in jure
 nuit N
 n. 2. pos
 Thom.
 Qu
 paroch
 habet,
 Rebus.
 gula

gula est, † quod prædiales decimæ prædiali ecclesiæ 17
 debentur, *c. fin. de paroch. c. quoniam, de decim. perso-*
nales vero parochiali, pro qua hoc loco cum aliis
 Doct. intelligimus baptismalem, in qua quis audit di-
 vina, & recipit sacramenta; *tex. est in c. questi. & c. sta-*
tuimus, l. 6. q. 1. & d. c. fin. de paroch. hanc regulam ponit
Tyndar. d. tract. num. 7. Rebuf. d. q. 6. n. 1. & 7. Abb. in c.
cum sint. n. de decim. ubi gl. 2. idem Silvest. in sum. ver-
bo, decima, n. 14. S. Thom. & Cajet. 2. 287. art. 3. Sot. d.
l. 9. q. 4. art. 3. gl. 2. d. c. fin. ubi ceteri de paroch. & alii
 Doct. passim. Est autem proprie † ecclesia hæc paro- 18
 chialis, seu baptismalis, cui personales decimæ persol-
 vendæ sunt, illa ecclesia, in qua homines audiunt di-
 vina, & recipiunt sacramenta per totum anni circulum,
 ut habetur *in d. c. questi. & not. Rebuf. d. q. 6. num. 2. &*
late tradit Menoch. de presunt. lib. 6. presunt. 88. num.
1. ubi etiam num. 3. post alios dicit, idem esse, si per ma-
jorem anni partem in ecclesia divina audiat, & perci-
piat sacramenta; si vero æqualiter in duabus eccle-
 siis id faciat, † dividuntur æqualiter personales deci- 19
 mæ, alias pro rara temporis; *ita Rebuf. d. nu. 2. & Burr.*
in c. 2. in fin. de decim. post Innoc. Neque tamen, si quis
 † in monasteriis audierit divina, aut etiã percipiat sa- 20
 cramenta, ut hodie fit, ideo decimæ personales illis de-
 bentur, sed parochiali, in qua habet domicilium, cum
 in ea ecclesia & divina audiri, & sacramenta percipi
 debeant, *c. 2. de paroch. & c. cum quis, §. 1. de sepul. in 6.*
paria autem sunt recipere, vel recipere posse, & per eũ
stare, quo minus recipiat, l. quod te, ff. si cert. petit. &
cum per Curatum non stet, non est ei imputandum, l.
in jure, ff. de reg. jur. cum simil. & ita in hac specie te-
nuit Navar. consil. 1. nu. 5. tit. de decim. vol. 1. Rebuf. d.
n. 2. post Feder. cons. 253. in fin. & idem etiam tenent S.
Thom. Cajet. & Sot. locis citatis.

Quod si plura quis habeat domicilia in pluribus
 parochiis, † illi solvet, in qua principale domicilium 21
 habet, *ut post Henr. Boich. in c. pervenit, de decim. not.*
Rebuf. d. num. 2. sed si domus est in confinio duarum

- 22 parochiarum, † utrique debetur decima personalis, *gl. ult. & Doct in c. licet, 16. q. 3. Innoc. & alii, in c. super eo, de paroch. & Rebus. d. q. 6. num. 3.* Si vero dubitetur
- 23 de qua parochia sit domus, † inspicietur situs januarum, illius erit parochia, in qua janua sita est; *ita Rebus. supra num. 4. post Bart. in l. quod conclave ff. de dom. fact. & si habet duo ostia attenditur, quod anterius nobilius est, Rebus. d. q. 6. nu. 5. arg. l. cum in diversis de relig. & l. quaritur, ff. de stat. hom. Corna. in trad. potest. reg. q. 37.* Illud quoque adnotandum est, quod
- 24 quis mutaverit domicilium, † decimæ non debentur priori Curato, sed secundo, si ibi audiatur divina, & recipiantur sacramenta; *ita Rebus. d. q. 6. numer. 24. post tex. in c. ad Apostolica, ubi Butri. & alii, de decim. Si vero*
- 25 ro † sit dubium de voluntate constituendi domicilium, tunc requiritur, quod per multum temporis mora trahatur, *ut post Butr. d. c. cum ad Apostolica, c. 2. tradit Rebus. loc. cit.* Decimæ autem mixtæ † dividendæ sunt inter prædialem, & parochialem ecclesiam, iuxta quod de personali, & reali decima patet, *ut late & optime tradit Navar. d. cons. 1. num. 4. & 9. sub. tit. de decim.*

De colonis vero, quibus ecclesiis, & qualiter decimas suas tam personales, quam prædiales solvant, dicimus, *cap. præced. q. ult. concl. 5.*

- NONA CONCLUSIO. Si quæstio sit inter baptismalem, & parochialem seu capellam, & succursum tunc dicimus, quod licet † seclusa consuetudine, conventionem, privilegio, regulariter, & in dubio decimæ debeantur baptismali, *ut tex. in c. in diocesi, 13. q. 6. de decimis, & c. statuimus, 16. q. 1. c. cum contingat, & c. cum in tua, de decim. c. veniens, ubi Imol. de præscript. idem not. gloss. in c. ex transmissa, de præscript. late Rebus. d. tract. q. 6. num. 10. & ii. qui etiam num. 10. post gloss. & Butr. d. c. cum contingat, probat de jure baptismalem fundatam esse in prædialibus. Pro majori tamen hujus rei dilucidatione † distinguendum est cum*
- 28 Jo. An. *in addit. ad Specul. tit. de decim. quem sequuntur*

tur Doct. ut restatur idem quoque tenens Tyndar. d. tractat. num. 37. Nam aut prædia, de quorum fructibus decimandis agitur, sunt sita infra limites ecclesiæ baptismalis, & tunc clarum est, quod talis decima ad illum pertineat; & hoc probant Doct. & jura mox allegata; aut prædia sita sunt infra limites ecclesiæ parochialis, quæ non est sub limitibus baptismalis, & tunc quoque clarum est, decimam spectare, non ad baptismalem, sed potius ad parochialem, neque tunc habet contendere cum baptismali ecclesia, sed cum Episcopo, ut optime adnotavit Tyndar. loco cit. quod idem tradit Rebuf. d. q. 6. num. 16. & 18. Difficilis est, quando parochialis est sub baptismali, & prædia sita sunt intra limites parochialis, & tunc etiam distinguendum est; nam aut baptismalis erecta fuit in baptismalem post parochialem, ita ut comprehendat sub se parochialem, tanquam capellam, & tunc ecclesia parochialis habebit suas decimas antiquas; ita Io. An. loc. cit. Tyndar. d. tract. num. 74. Rebuf. d. q. 6. nu. 17. post gloss. in c. quicumq. 16. q. 1. ubi opt. tex. & Abb. cons. 18. vol. 1. Ratio est, quia non censetur hæc ecclesia erecta cum incommo, & præjudicio jam erectarum, ut not. Doct. in c. ad audientiam, il. 1. de eccles. edific. Rebuf. d. num. 17. Tyndar. d. nu. 74. per rex. in c. pastorali, de decim. sed melior est in c. si quis laicus, & c. de decimis, 16. q. 1. Et hæc procedunt quoad decimas reales; personales vero dividuntur in ecclesiam baptismalem, propter baptismum, & parochialem, propter alia divina; ita post Io. An. tenet Rebuf. d. nu. 74. Card. c. cum contingat, per c. cum quis, de sepult. in 6. Barbat. cons. 49. colum. 2. vol. 3. quod idem dicit esse satis rationi consonum, Abb. d. c. cum contingat, colum. 2. Aut ecclesia parochialis est infra limites baptismalis, & constat baptismalem prius fuisse erectam, & tunc si quidem constat decimas assignatas fuisse parochiali in constructione ejus, tunc, inquit Tyndar. d. tract. numer. 76. quod sine dubio illi parochiali ecclesiæ debentur; ego vero puto etiam ad hoc requiri, vel foundationem Papæ, vel Episcopi

quidem, sed ex necessitate propter nimiam distantiam, vel ex alia justa de causa; prout est *tex. d. c. ad audientiam, il. 1. & c. constitutus, de relig. dom. & ibi not. Doct. & Rebus. d. q. 6. num. 15. Lap. alleg. 66. num. 3. & Card. consil. 26. num. 4.* quod etiam tunc solum concedit idem Tyndar. *d. tract. num. 81. & 82.* quando non apparet de ista assignatione decimarum ecclesie parochiali facta. Verius autem est, parem in hoc esse utriusque rationem, *ut patet ex allegatis.* Non negotium, quin in dubio causa justa morum fuisse Episcopum, presumendum sit, *ut loco cit. adnotavit Rebus. per c. nisi essent, de prabend.* Ad hoc vero, ut Capellanus decimam ecclesie recipiat obventiones, tria requiruntur in terminis *d. c. ad audientiam, ut ex eodem tex. & aliu not. Rebus. d. q. 6. num. 21.* Primo, quod baptismalis ecclesia redditibus abundet; Secundo, quod illa ecclesia sit necessaria; Tertio, quod illa capella non habeat sufficientes redditus. *Idem late prosequitur Lapus d. alleg. 66. nu. 1. & tribus seqq. & Io. Silva. in tract. de benef. 1. p. q. 5. nu. 100. & seqq.* Aut demum dubitatur, an prius fuerit erecta parochialis vel baptismalis, & tunc baptismalis habet fundatam de jure communi intentionem; ita Tyndar. *d. tract. n. 83.* & sic procedunt alia per eundem; allegantur *nu. 77.*

Pro complemento hujus conclusionis adnotandum est, quod si baptismalis ecclesia consentit assignationi limitum, & fundationi parochie, tunc *†* censetur remisisse jus decimandi, & alia jura parochialia, quoad illam portionem limitum, qui novae ecclesie assignati sunt; ita Tyndar. *d. num. 83. Rebus. d. q. 6. num. 20. Card. d. cons. 26. num. 4.* neque tamen potest propter hunc consensum *†* aliquid accipere, *juxta text. in c. querelam, ubi Doct. de simon. & not. Rebus. d. q. 6. numer. 22.*

32 DECIMA CONCLUSIO. Non potest decima *†* retineri sacerdotibus ex eo, quia sint malae vitae, *ut est text. in c. si Episcopus, 16. q. 6. & in c. tua nobis, ubi gloss. Abb. & alii Doct. de decim. & not. etiam Rebus. d. tract. q. 7.*

q. 7. nu. 15 per tex. in c. quid dicam, 14. q. 4. & c. forte, q. 5. Silvest. in summ. verb. decima, num. 14. Idem ¶ si eas 33
decimas in malos usus cōvertant, ut post Host. in rubr. de decim. & alios probat Rebuf. d. q. 7. num. 16. dicit tamen Silvest. loco cit. in vers. 8. cum, post Host. quod si sacerdos non deserviat ecclesiæ, aut notorius peccator sit, poterit ¶ ei non solvere, sed proximo superiori, quo 34
dicto relato dicit illud durum esse Turrecr. in c. fin. nu. 8. 16. q. 1. cui ego assentior, cum laici maxime privati sacerdotes judicare non debeant.

UNDECIMA CONCLUSIO. Possunt denegari ¶ 35
decimæ clericis ex eo, quia ab illis sibi denegantur sacramenta; ita Lap. alleg. 66. num. 7. & 8. ubi etiam concludit, quod possunt laici opponere exceptionem spoliationis divinorum: & respondet contrariis. Ratio vero est, quia decimæ saltem personales dantur ratione administrationis sacramentorum, ut superius nos semel admonuimus. Id tamen intelligendum est, ¶ dum 36
modo non propria auctoritate retineant, sed in iudicio excipiendo, seu reconveniendo. ut patet ex Lap. loc. cit. Neque ¶ contra potest parochus propria auctori- 37
tate denegare sacramenta, ex eo, quia sibi non solvantur decimæ, nisi id notorium sit, ut late & optime ostendit Navar. consil. 2. num. 2. tit. de decim. volum. 1. & Cornel. Benincas. in tractat. de paupertate, q. 7. in 6. speciali num. 17.

DUODECIMA CONCLUSIO. Non possunt denegari decimæ, ¶ clericis ex eo, quia divites 38
sint, neque indigeant; tex. ubi gloss. in c. decima, 16. q. 1. Jo. An. & alii, in rubr. de decim. Rebuf. d. q. 7. nu. 14. Covar. d. l. 1. var. resol. c. 17. num. 4. Turrecr. in c. quoniam quicquid, n. 8. 16. q. 1. inter Theolog. S. Thom. quodl. 6. art. 10. & 2. 2. q. 87. art. 3. ad 1. Sot. lib. 9. de just. & jur. q. 4. art. 3. Silvest. in summa, verb. decima, n. 14. vers. 8. ubi etiam rationem affert, quæ communis est, & afferretur etiam à S. Thom. & Sot. loco cit. quia neque decimæ solum ob sustentationem ministrorum dantur, sed etiam pro ¶ pauperibus (ut etiam colligitur ex c. 39

tua nobis, cum simil. ubi habetur, quod decimæ sint tri-
 buta egentium animarum) & licet etiam admitta-
 mus, quod sustentatio ministrorum fuerit ratio insti-
 tuendi decimarum solutionem; ex quo tamen hoc est
 effectum & debitum per ecclesiæ statutum, illis quo-
 que debentur etiam si divites sint. Non debentur ta-
 40 men † jure divino, aut naturali decimæ talibus mini-
 stris non indigentibus, ut ex eodem Silv. Covar. & a-
 liis Doct. maxime Theologis patet, & nos c. 1. q. 1. c.
 2. & c. 5. q. 5. fusius ostendimus. Ubi etiam admonui-
 mus, tunc saltem, cum indigent, & quoad substantiam
 jure divino, & naturali deberi decimas etiam post le-
 gem Evangelicam. Quod nunc ex eo breviter proba-
 re possumus, quod tam jure naturali quam divino di-
 gnus est operarius mercede, & cibo suo, Deuter. 24.
 Matth. & Luc. 10. 1. ad Timoth. 5. & 1. Cor. 9. & quod
 sacra ministrantibus debeat a populis sustentatio,
 patet ex eodem loco Matth. & Luc. 10. ubi loquens
 Christus dominus de Apostolis verbum Dei annun-
 ciantibus adducit eum locum Deuter. Dignus est ope-
 rarius, &c. patet etiam ex alleg. loc. Pauli 1. Cor. 9. c. 1.
 Tim. 5. ubi de se ipso & aliis prædicantibus, sacraque
 dantibus eundem locum affert tum illud Deut. 25.
 Non alligabis os bovi trituranti.

SUMMÆ RERUM.

- 1 *Causa decimarum in petitorio agitari debet coram
 iudice ecclesiastico.*
- 2 *Causa spiritalis in petitorio agi debet coram iudice
 ecclesiastico. Idem si possessorium mixtam habeat
 proprietatis rationem. num. 3. Idem quoque si curia
 mixta sit ex clericis, & laicis. nu. 4.*
- 3 *Causa decimarum, ubi questio sit meri facti, agitari
 potest etiam coram iudice laico. Potest tamen et-
 iam coram ecclesiastico. num. 7.*
- 4 *Causa spiritalis & ecclesiastica, ubi sola questio facti
 sit, agitari potest coram iudice laico.*

- 8 Possessorium decimandi secundum communioem agitari potest coram iudice laico. Idem in qualibet causa spirituali, & ecclesiastica, secundum eandem communioem. num. 9. Contrarium in utroque num. 10.
- 11 Causa spiritualis regulariter spectat ad forum ecclesiasticum.
- 12 Causa possessoria rei spiritualis, & ecclesiastica dicitur absolute spiritualis, & ecclesiastica.
- 13 Causa possessoria decimarum agitari potest coram iudice laico, ubi questio est facti incidens: poterit tamen etiam coram ecclesiastico, ubi etiam solum agitur, an decima sint soluta, vel an his teneatur, vel alias solvere. num. 14.
- 15 Iudex laicus cognoscit de iure decimandi competente laico ex feudo, vel privilegio.
- 16 Laicus conductor decimarum potest conveniri coram iudice laico, & debet, nisi adsit contraria fore scriptio.
- 17 Laicus debet conveniri à clerico coram iudice laico, nisi adsit contraria consuetudo, maxime ubi non constat, rem esse ecclesiasticam.
- 18 Causa possessoria iuris decimandi, & quavis alia spiritualis non potest tractari coram iudice laico, quando vel res inter clericos solos agitur, vel reus est clericus.
- 19 Clericus non potest conveniri coram iudice laico.
- 20 Causa decimarum, ubi de iure ipso agitur, non potest in laicum compromitti. Imo etiam fortasse in neminem compromitti poterit. numer. 21. Poterit tamen forte in laicum simul & clericum. numero 23.
- 22 Spiritualia in laicum compromitti non possunt. Possunt tamen in laicum simul, & clericum. nu. 23.
- 24 Compromitti potest in laicum de fructibus decimarum. Idem in quavis re spirituali. nu. 25.
- 26 Compromissum est quadam transactio.
- 27 Rector agens ad decimas possessorio adipiscenda, re-
- expe-

cuperanda, vel retinenda quomodo concludet, & tribus num. seqq.

- 31 Rector poterit agere interdicto, uti possidetis, quamvis etiam semel non perceperit omnes decimas, sed aliquas tantum. Item non modo contra recusantes solvere, sed etiam contra alios Curatos, & Religiosos, atq; alios quoscunq; turbantes in d. possessione. num. 32.
- 33 Petitorio agens ad decimas prateritas poterit agere rei vindicatione, secus ubi decima non est segregata. num. 34.
- 35 Dominium decimarum non transfertur in ecclesiam ante separationem, tunc autem agendum est actione personali, seu conductione ex canone, nu. 36, aut lege consuetudinaria, ubi debeantur ex consuetudine. num. 37.
- 38 Actio confessoria, negatoria, aut ex dolo quando locum habeat in materia decimarum remissive.
- 39 Confessoria actione agitur inter duas ecclesias de proprietate iuris decimandi. Quod si agatur contra colentem pradium, locus erit conditioni ex lege. num. 40.
- 41 Causa decimarum est summaria, ubi questio sit inter ecclesiam, cui de jure communi debentur, & laicum qui solvere debet.
- 42 Solemnitates juris non necessario adhibentur, ubi questio sit inter ecclesiam, cui de jure communi debentur decima, & laicum qui solvere debet.
- 43 Causa decimarum summaria est, si questio sit inter duas ecclesias de jure decimandi. Idem si una earum nitatur consuetudine. num. 44.
- 45 Consuetudo est quaedam lex communis.
- 46 Causa decimarum summaria non est, ubi de decimis agatur, qua solum ex pacto pollicitatione, aut voto debita sint.
- 47 Causa decimarum summaria non est, ubi questio est inter laicos de jure decimandi. Idem generaliter, quando decima debentur jure speciali. numer. 48.

mer. 48. Secus si agatur de successione feudi anti-
qui decimarum. num. 49.

- 50 Succedens in jus alterius debet uti jure illius.
- 51 *Causa decimarum summaria est, cum agitur contra
advocatos & alios impediētes, ne decima solvan-
tur. Contrarium alii. nu. 52.*
- 53 *Causa decimarum summaria est, cum Rector agit
contra eum, qui se tuetur à solutione privilegio in
jure scripto. Aut etiam privilegio speciali, vel cō-
suetudine aut prescriptione. numer. 54.*
- 55 *Causa summaria quid importet, & de modo in ea
procedendi remissive.*
- 56 *Rectore agente contra subditum ad decimas incipi
potest à precepto.*
- 57 *Brachium seculare invocari potest contra pertinaces
in solutione decimarum.*
- 58 *Appellatio non admittitur cum per Rectorem à sub-
dito decima exiguntur; Secus si alleget privile-
gium Papa, vel compositionem legitimam. nu. 59.
Ratio affertur. n. 60.*
- 61 *Debitor decimarum non potest prætextu crediti de-
cimas denegare; neque propter sterilitatem. nume-
ro 62.*
- 63 *Pœna & incommoda, quibus afficiuntur non sol-
ventes decimas, remissive.*
- 64 *Excommunicari potest non solvens decimas cum te-
neatur; non est tamen ipso jure excommunicatus.
num. 65.*
- 66 *Excommunicati sunt laici compellentes Pralatos i-
psis submittere jura ecclesia.*
- 67 *Sacrilegus est excommunicatus, & nu. seqq.*
- 68 *Sacrilegium an committant retinentes decimas.*
- 69 *Excommunicatio in eos, qui decimas non solvunt,
ferri debet monitione præmissa. Idem in quavis
sententia excommunicationis. n. 70. & debet esse
canonica, & competens, hoc est, trina cum aliquo
dierum intervallo. num. 71.*
- 72 *Monitoria excommunicationis contra non solven-
tes*

- res non debent necessario continere clausulam, nisi causam rationabilem volueris allegare, debet tamen iudex se informare, vel literas conditionales formabit. num. 73.
- 74 Sepultura ecclesiastica privatur, qui solvere tenent decimas, & non solvit.
- 75 Sepultura ecclesiastica privatur, qui notorie decimas in peccato mortali.
- 76 Procedi potest ex officio contra non solventes decimas, per prava informatione.
- 77 Visitator potest cogere subditos ad solvendas decimas suo Rectori, nisi aliquam rationabilem causam allegarent. num. 79.
- 78 Visitatori incumbit correctio excessuum, & sollicitudo erga clericum & populum.
- 80 Reddituum ecclesia exiguitati quomodo succurratur per unionem beneficiorum, & assignationem oblationum, aut decimarum.
- 81 Aedificari potest ecclesia intra fines alterius, & in conventione alicujus castri, ubi parochiani in constructam sine magna difficultate adire non possunt.

CAP. VIII.

De modo procedendi circa exactionem
Decimarum.

QUÆRO PRIMO, Quis sit iudex competens in causa decimarum?

PRIMA CONCLUSIO. Decimarum controversia in petitorio, ubi quæstio juris est, non facti, spectat ad iudicem ecclesiasticum; text. in clem. dispendio sam. de judic. c. literas, de jur. calum. c. fin. de rerum perm. cum aliis adductis per And. Gail. pract. ob. er. lib. 1. ob. 38. nu. 1. Papiens. in for. libell. de lin. causid. in verb. nec fuisse, & Anastas. Germon. de sacror. immun. libr. 3. c. 19. num.